

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Cor siue mens o cum uariis

Solus is regnat qui deposito cordis imperio legibus rationis ordinat totam familiam motuum interiorum et exteriorum. Si consurgat leonina rabies, punitur per pacienciam; si petulancia hyrci, per abstinenciam; si ferocitas apri, per mansuetudinem; si superbia unicornis, per humilitatem. Non inuenitur autem inter ceteras artes liberales ars ista pre aliis liberalis qua tenetur cor quod omni mobili mobilius est, quod omni lubrico lubricosius est.

Hugo libro III. de anima.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

imperio] impio P V¹